

- NIVEA ET SEPTEM PUMILIONES – *Blanche Neige et les sept nains* -

Olim erat filia regis cuius pellis erat tam pallida et tam pulchra ut appellarent "Nivea." Eius vita potuit fuisse mirifica, sed regina, noverca puellae, erat mala et sibi placebat, et femina erat crudelissima. Cotidie regina in speculo magico se contemplabat, et ea rogabat, "Quis est femina pulcherrima in hoc regno?" Et speculum semper ei respondit, "Es crudelis, et es mala. Sed quoque es pulcherrima, mea regina!" Uno die, autem, ubi Nivea adoleverat, speculum novercae respondit: "Es vero crudelis! Es vero regina mala! Sed Nivea nunc est pulcherrima, mea regina!" Regina vana in terribilem furorem clamans inivit, nam ea non tolerare potuerat scire Niveam esse pulchriorem quam se, et regina Niveam in silvam deportavit!

Sola in silvis altis, Nivea lacrimare coepit. Erat defessa et esuriens et perterrita et errata. Tunc amica avis caerulea singultus filiae regis audivit. Avis in cor puellae introspectit - omnes aves sunt inspectae! - et vidit eam esse benignam et bonam! Itaque avis eam adjuvare constituit. Circum eius caput avis volitavit ut se animadverteret, et tum eam ad parvam villam in summo monte parvo duxit. Nivea in casam spectavit, et mensam paratam pro septem populis vidit. Sed omnia in mensa erant minima! Nivea erat tam esuriens ut non de mensa mirari desiniit. Sed filia regis cibum gustavit. Intrat in cubiculum proximum, et Nivea septem lectos parvos in ordinem vidit! Puella erat tam defessa ut trans lectis procumberet et dormiret.



Brevi tempore, septem pumiliones, qui in casa in monte habitaverunt, revererunt. In aurifodinis altis in montibus effoderant. Filiam regis in sua villa invenerunt! Ubi Niveam excitaverunt, ea eis fabulam tristem narravit. Pumiliones fabula filiae regis commovebantur, et eam adjuvare constituerunt. Pumilio maximus natu dixit, "Hic nobiscum remane! Nos te servabimus."

Interim, in regia, regina etiam irata erat. Cum speculum rogavit quis esset pulcherrima, audivit, "Es mala et crudelis, et es rara femina pulchra. Sed Nivea, alta in silvis, facile est pulcherrima." Furiosa, regina interficere Niveam constituit. Se vestivit similis erronei, et pectinem veneno imbutum paravit, et tum festinavit. Regina per silvam furebat similis tempestati, et flores arboresque fregit. Mala Niveam laborantem in horto prope casam invenit. Dulci risu subdolo, regina ei pectinem protulit. Nivea pectinem pulchrum cepit, et eum in suis comis posuit. Statim Nivea in altum somnum se tradidit. Ubi pumiliones a labore diei redierunt, Niveam cubantem in horto invenerunt. Putaverunt puellam esse mortuam! Pumilio minimus natu triste dixit, "Puto, mala regina eam invenit et eam interfecit!"

Tum pumilio comas Niveae permulsit, et simul, pectinem relaxavit. Statim Nivea e somno excitata, ei maximas gratias egit! Et filia regis pectinem veneno imbutum comminuit! Regina tum speculum rogavit, "Quis est in hac patria pulcherrima?" Et, ecce! Speculum dixit, "Contra tuum consilium malum, Nivea etiam est in nostra terra formosissima!" Nunc, regina magna cum ira trepidavit. Regina erat immisericors! Corbem plenam rubrorum malorum venenatorum paravit. Ad parvam casam proximo die, aliena veste occultata, similis defessa femina veterana, revenit. Iterum, Nivea in suo horto laborabat, et regina invida filiae regis malum venenatum obtulit. "Gratias tibi ago!" respondit Nivea. "Illa mala suavia esse apparent!" Tum Nivea parvum morsum mali rubri degustavit. Statim Nivea in humum cecidit, et regina cachinnans festinavit. Mala regina credebatur ut Niveam mortuam esse et ad regiam avolavit. Et regina pro speculo magico stetit, et iterum rogavit, "Quis est, O speculum, pulcherrima omnium feminarum in hac patria?" Et speculum respondit, "Nivea nunc mortua est, igitur, tu, regina, in meo visu es pulcherrima!" Sed, in voce, speculum erat tristissimum. Regina non animadvertit ut speculum vocem mutavisset. Contra regina cachinnavit quod suum consilium felix fuerat.

Illo nocte pumiliones domum revererunt, et invenerunt Niveam in nive in humo frigido recubantem. Tum eam e somno excitare non potuerunt. Lacrimantes, pumiliones corpus Niveae in lecto florum posuerunt, et eam diligenter spectaverunt.

Tandem regulus iuvenis, equitans per silvam, pumiliones et puellam dormientem invenerunt. "Mirabile spectaculum!" putavit. Regulus equum stetit, et iuvenis de equo descendit. Incligans prope lectum ut eius vultum clare videat, regulum pulchritudo Niveae et vultus in eius facie obstupescit. Statim filius regis Niveam adamavit! "Me tristem! -dixit- quia eam, meam caritatem veram, non in matrimonium ducere potuerim!" Pumiliones anxii erant, regulus amans caput Niveae elevavit, nam voluit esse prior ad filiam regis. Et tum malum ex ore Niveae in humum cecidit, et puella pulchra e somno alto se excitavit! Quod malum venenatum non devoravit, Nivea superfuit! Nivea faciem reguli spectavit et vidit eius oculos cum amore pro ea completos. Statim Nivea etiam adamavit! Et dulciter vir et femina pulchra inter se adriserunt!